



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

134. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

262 REGINONIS LIB. II.
rum aut vir non habens uxorem fuerint fornicati, tribus annis pœniteant.

Quid si unus absolutus & alter copulatus adulterati fuerint. *Ex eodem.*

Concil. Nannet. c. 14.
Burchard. lib. 9. c. 70.

CXXXIII. Quod si vir non habens uxorem cum alterius uxore adulteraverit, aut si qua mulier non habens virum cum alterius viro, ille qui fœdus violavit conjugij, septem annis, ut supra dictum est, pœniteat; ille qui lege conjugij non tenetur, quinque annis pœniteat. Neque enim æqualis pœnitentia danda est his quibus sufficere poterat ad explendam libidinem suam conjugij amplexus, & illis qui conjugē carentes, ardore libidinis impellente in fornicationem ceciderunt.

De eadem re. *Ex Pœnitentiāli.*

CXXXIV. Si quis vacans uxore, pollut se cum alterius uxore, annis duobus pœniteat. Similiter de feminis observandum.

Si uxoratus ancillam propriam tenuerit.

CXXXV. Si uxoratus ancillam propriam tenuerit, annum unum pœniteat, vel in alio anno tres quadragesimas & legitimas ferias, & tribus mensibus prius se à sua contineat conjugē. Ancilla verò, si vim passa est, quadraginta dies, si consentiens fuerit, tres in anno quadragesimas & legitimas ferias pœniteat.

